

CANCELL:
MARTIS B.
1717:

~~*~~ für 08 L

3

RECIDIVATUS
GRATULATIONIS VERNÆ
Supremis in Philosophia honoribus
RECTORE
D. Gottlieb GERHARDO
TITIO,

JCTO, Potentissimi Poloniarum Regis & Electoris Saxoniæ
ad Provocationum causas Senatore, Codicis Prof. Publ. atque Facult.
Juridice & Supremi Judicij Provincialis Assessore,

PRO-CANCELLARIO
JOH. HEINRICO ERNESTI,
Phil. & Bonar. Artium Magistro, Poef. Prof. Publ. Acad.
mia Decemviro, Fac. Phil. Subseniore, & Rector Thomano,

DECANO
CHRISTIANO LUDOVICI,

SS. Theol. Licent. Org. Aristot. Prof. Publ. Ordin. Literarum
Rabbinicarum & Thalmud. Extraord. Fac. Phil. Assessore, & D. Virgi-
nis Collegii Collegiato,

in Academia Lipsiensi

VI. Iduum Febr. Anno reparatae salutis M. DCC. XIV.
& a condita Universitate CCCV.

solemniter collatis
publica venerandis celebratione
accommodatus.

LIPSIAE,
LITERIS JOH. CASP. MULLERI.

Ad Lectorem Benevolum
de
Latinitate Tituli.

*F*ors recidivatus vocem damnare placebit,
Ex veterum non est quod repetita libris.
Nolim indigneris. Voci cognata leguntur.
Pergama signavit nam rediviva Maro.
Credita quin animarum orbi migratio vano
In recidivatus nomine visa fuit
Ex Patribus, jactat quos prima Ecclesia, sanctis
Qui de velanda virginitate docet.
Estoque, quod rigidus censor tolerare recuset,
Quod causa est, satis est, quare adhibere velim.
Obveniunt formis, dum ver est, cuncta novatis,
Sic sermoque decet carmina vernæ recens.

J. N. R. J.

 Er hyemem insequitur. Frigentibus
ergo figuris
Ante annum celebrant ut carmina fu-
sa Magistros,
Sic tepidis venient nunc danda enco-
mia formis.

Ante equidem memini verno profundere flores
Eusebien Kromayerum post Alpha docentum,
Quum, qua Pansophicas prstant solennia lauros,
Altera finitum hinc, secli, quod viderat Heptas,
Tertius infestus multum & tricesimus annus
Ob dur a in medium differret tempora Majum.
Verque ipse Astrae Musas describere jussi
Lustra ante hac, Themidos quum gratia prmia
ferret,

Bisbina, in meritis dantes nunc commoda multis
Hocque loco atque alibi non parvos publica Consos.
Namque hanc tum fecit spem visa examine virtus,
Ipseque delectus pradixi carmine vates
Tempore, laudatur quo formosissimus annus.
Sed facio sic, quod facere ipsum noveris orbem.
Quando sua, exponas, Phœbus per signa cucurrit,
Quo simul haud Taurum, simul haud Geminosque
pererret;
Et tamen haud dabitur, qui non ardore citato
Delicias toties sumat ferventeque sumtas.

A 2

Adde,

*Addit, ut per verrem nunquam sese incipit atas
Prima anni, quo non horti nova germina jacent,
Et quæ præteritis oculus non prenderat annis,
Sic non prædictæ condendo carmine laudes
Claudentur, vates quas jam cecinisse pigebit.
Argumenta Hæmo non delibata ferentur,
Ut nix pura, & quam pes non temeraverit ullus,
Integra & ut nulli qua tactus, lilia fædant.
Nec culpes, vernum quod fingo in frigore tempus
Cunctaque quum glacie villis nitriumque teguntur.
Nam cur aut corpus sit, non pars degimus orbis,
Quod ratione modos quatuor variatur ad anni
Non una. Ingenii res est, quam sifimus, & quæ
Docti versatur sapiente in vertice Pindi,
Qui non sudabit jussis obnoxius astus,
Aut faciet, quicquid dominantia frigora poscunt,
Vel media aërei querit moderatio cœli,
Existens, cancer seu lucem extenderit, idem,
Seu caper involvbat cæcas caligine terras.
Et quam jucundum est, ausis applaudere pulchris
Exemplis, Sophici pollent qui numine festi
Hic vice. Magnifico Titius res digerit ostro.
Sed sic iustitium vernum, quod Lipsia, visum est
Sectatur, dum Pascha colit, mercatibus implet
Cuncta, atque ex cælo per flamas Spiritus ignis
Devota in cultum Domini vult pectora lapsus.
Nam mirum est, quam vel sese hoc heroe Themistos
Præsidium in juris florens Academia jactet,*

Judi-

*Judicium vel se, quod habet Provincia, fundet,
Vel mersa tenebris causa expediantur in Aula.
Per verversantum non parva licentia rerum est.
Exilunt volucrum non ulla examina lege.
Quam non luxuriant camporum gramina! Quis non
Per fluvios, quis non per terrae animalia lusus?
Hec capit Ernestus vernantia Symbola, celsis
Qui festo auspiciis Pro-Cancellarius adstat.
Quidlibet audendi nam vati est aqua potestas.
Quem nunc Pan sophico veneramur in Ordine Regem
Hactenus ex Logico vestigia tramite signas,
Sanctorum in scriptis que sunt, Ludovice, Virorum.
Ergo Tibi Domini trado vestigia campis
Fœcunda in primis pinguedine turgida per ver,
Cælo acti ut canit affirmatio certa Davidis.
Ex vere & quo vos descripto emblemate pingam,
Qui vires juvenum varias tentastis & artes?
Ob vim dicendi Schmidio linguamque disertam
Ex cuncto exoriens est delectatio tractu.
Imminet byhernis missis exercitus hosti,
Menckiadæ historicus, fieri ut debere, notavit.
Ex mæsto redit veris per Pascha sepulchro
Demona qui vicit Dominus. Tibi convenit istud
Qui nova pars rutilas, Oleari, luxque docentum
Paulo ante excedens Genitor nam reddenris orbi.
Justus ad injunctas hominum conamina normas
Jenichius vertit, velut hoc quod tempore natum,
Flexibile est, facilem fitque incurvare laborem.*

FRIEDERICUS MATTHIAS Hartman/
Schoenfelda-Lipsiensis.

Veris durities
graviter qui-
dem interdum
premeus, ta-
mon victa.

Multa quidem violent humanos aspera casus.
Sed tamen invictis animis laudentia cedunt.
Accipito in dandas, *Hartmanne*, haec symbola laudes.
Nam bene convenient. Musis nam durus haberis,
Non quod damna infers, sed quod vexantibus obstas.
Interdumque etiam sic ver per dura manebit,
Quæ nunc a nimis pluviis, nunc frigore sensit.
Imperturbatum *Genitor* per tristia duxit
Præco Dei, moestis patriæ auxiliator in horis,
Dum per privatos sumpta est Tibi Musa Magistros.
Instantem haud turbant Portæ patienda salutem.
*Müller*o haud ullum exitium nix verna paravit.
Patrius *Hartmannus* quantus servator in Euros!
Besserum novi non formidare pruinias.
Schrammiae, *Heidero* fecit non vulnera grando.
Weidnero arboreos vitiant non fulgura flores.
Per Majique omnes *Majus* non cesserat hostes.
Per mala non fractos veris Jena abdit honores,
Buddeus noxam, noxam seu *Dantzius* aufert,
Cladibus infestus clades seu *Struvius* urget.
Ruffiadæ incolumis duras, durasque *Gerardo*,
Beyero haud vermis, feeda haud rubigo nocebit,
Seque ex non uno servatum *Olearius* orco
Musgius que canit plectris per barbiton actis.
Lipia dum tenuit, mors acceptissima vita est.
Fert caligo urnæ *Güntherum* ad lumina coeli.
Claræ per nimbos lymphas *Bernerius* habebat,
Menckius inque luto retinet, quos jactat, amores.
Sicque ipso fieri res attestabitur in Te,
Hartmanne. O quantum morbi inclemensia vexat
Haetenus! At doctas video te ferre coronas
Nunc tamen. Et sancti jam prænoto gaudia templi.
Quæ non crux cruciat Domini in præcepta fideles?
Præco Dei sed tu pressis solatia promes.

Gotte

Gottlob AUGUSTUS HEMPELIUS,

Pisæna Martisburgicus.

SUpplicat in sacris faciendis turba Quiritum,
Ut res optate fierent, aut quando rogavit,
Aut pro concessis precibus quum solvere grates
Visum est. Ante alias id ver quoque fecerit anni
Partes. Concentus capitur sic namque volantum
Præcipue. Voces avium penetralia fedit
Quippe esse ad diæ cultum Scriptura docebit
Misum, hoc de corvis, notum ut, monuisse Davidem.
Pisæna hæcque inter complent Tibi pectora Muse
Principio. Monstrat *Genitor* sicque ipse canentes,
Seu numeris placeant teneri resonantibus horti,
Exhilaret campus modulamine sive colonos,
Venatori hilaris seu sit mel Musica Sylvæ,
Cantantis novit pietatis Lipsia cauſas.
Per lucem in columen Schmidio se; prædicat una.
Est pro præsidio noctis qua; grataque psallit.
Evolat in cœlum rostro applaudentibus alis
Tutus Schürziadæ venienti a vulture cœtus.
Ante diem liquidis lethi qui diffliuit umbris,
Dum luteis nimbos domibus timet, expetit Hardto
Pars, teneant firmis, siccas, quæ nexibus, auras.
Pabula Menckiadæ querit pars altera mensis,
Prandia sive parat, jentacula sive merendas.
Nascitur excelsis Pezoldo ita gloria teætis.
Starckiadæ obtingit mundo placitura voluptas
Præcipua, &, qui pars, humanis coetibus, orbis.
Officium supplex Tibi sed cur traditur istud?
In promptu caufa est. Numen Ferberia mater
Sancta colit. Patria semper Pater orat in æde.
Ipseque quin, faveat Tibi si Zweymenius ultra
Nobilioris apex census, si jungitur isti
Ex generoso adyto porro Schænfeldius agros
Exsuperans vernos, vates venerabilis olim,
Victima cœlo, aderis, labiorum ut justa feratur.

Ver supplica-
tionibus fre-
quentatissi-
mum.

JOH.

JOH. CHRISTIANUS SALICHIUS,

Melsa-Misnicus.

Sol in Zodiaco per ver semper adscendens usque ad Tropicum cancri. **T**E novi ulterius, *Salichi*, adscendere semper. Primum in signifero sicut sol namque levatur A Verrē ad Taurum, Gemini Taurumque sequuntur, Vestibula attingit donec ferventia cancri, Sic ipsa parvis sensim ad majora recepto Cum studio ad summam volupe est contendere metam. Ex valle ad primos dicit conamina colles Ipse *Parens* patriæ stans sancti in monte Sionis Gloria vicini cleri provectionis annis; Atque ex *Sculptore* Gleinensi profata mater. In rupe ad plures profert *Weidlingius* artes Candenti istius princeps altissimus Hæmi. Progrederisque etiam hic, dum Te *Guttbierius* arci Admovet Hebraicæ, summis in turribus hærens *Schieferdeckerus* dum scitaque sancta docebat. Proparvis majora aperit subsellia, dum Te *Lipha Bærnero* duce civem Academia sumpsit. Hicque est lux *Hardto*, quanquam ipse absconditur an-
Müllerus fructus delapo ex flore paravit. (tris.) Ex fundamentis *Schmidio* nova culmina surgunt, *Lebmanno* comes es vili non forte colonus. *Bærnero* ex lacubus sublimi in fonte natabas. *Ernefto* ex clausis debes procedere cellis. Majorem ex magna classem *Ludovicus* agebat. *Gægenio* que etiam poteras excelsior ire Et dum *Kislingus* Parnassum & *Starckius* indunt, In primisque *Oleariadis* provectionis haberis Eusebies sacra seu, Themidos seu jura revelant. Sed quid? Perspectum est, solare recedere corpus, Quot fines vicibus visum est contingere vernos. Vertice de tanto an retro Te quoque fata reducent? Absit. Virtutem tantam ultra ex surgere fas est. Amplius & patriam haud absesso ita nomine Melsam, Sed Melsam ex pleno titulo appellaveris altam.

CHRI-

CHRISTIANUS Gottlieb Jöcher/ Lipsiensis.

MAgno stirps, *Jöchere*, Tibi splendore coruscat.
Non paucis complet meritis gens Bosia cœlum.
Multæ ædilitiis dispergunt lumina factis
Jöcheri. Medico Deus Etmullerus in orbe est.
Pars ergo in laudem trahitur speciosior anni.
Corporis eximios ipse imo sifis honores.
Nil animique habitu vidi fulgentius esse.
Vitricus ex Themidos sidus *Baudisius* astris
Infinuat primum per munera pulchra decorem,
Post fata excipiens huncque *Etmullerus*, in orbis
Qui decus ex medicis celebratur Avunculus ausis.
Gerae *Goldnero* pretioso induceris auro,
Quæ Te dedeant, maculosaque *Wolfius* aufert.
In varias Zittæ formosus mitteris oras.
Ziegero jaētant Te pectus amabile Græci.
Gentibus Eois mirandum *Mirus* habebat.
Non quem Gallia amet magis est, *Rosellus* inquit.
Vifum est, Te Logicis *Pitschmanno* excellere formis,
Majorque *Hoffmanno* haud quavis est arte venustas,
Grünvaldoque, ipsos superat qui frondibus hortos.
Quos dat, quis numeret, Tibi Lipsia culta lepores?
Ordine cuncta, docet Te quando *Olearius*, harent.
Vivida vivus adhuc *Güntherus* corpora fecit.
Quæ non impedunt, dat robora *Starckius*, artus.
Ex *Polycarpi* operis oculi sibi pabula carpunt,
Est *Hardto* durum, durum quod debuit esse.
Moribus &, quæ fas, prestat cedentibus, in quo
Molli mollitem *Schötgenius* ore requirit.
Collatis gaudet nature in dotibus, in quam
Una haud, *Lebmannus*, scrutantem machina dicit.
Auis innatas *Wagnerus* perficit artis.
Expoliens mentem per cuncta matheinata vires.
Conset opus! sic nil totusque ostenderit orbis,
Quod minus abjiciant foedi in deformia vultus.

Annus in vere
formosissi-
mus.

B

Gott.

Gottfried Seydenschwanß /

Oedera-Misnicus.

Ver midifi-
cum.

Adificat, quicquid vernas volitare per auras
Cernitur. In laudes hæc sumito symbola dandas,
Pars *Seydenschwanzi*, volucrum clarissima. Sancti
Ad Dominum coeli quis flamma emittritur, aras
Divino Isacides vocat actus numine nidos,
Quis contenta suos pullos excludat hirundo.
Ex qua procedis, stabulum hoc Ecclesia, stirpe,
Præstigit. Ex quo nam purgavit sacra Lutherus,
Ad præsens tempus vates non defuit unquam,
Insereret populum qui *Seydenschwanzi* astris
Comprendo Domino factis justisque fidelem.
Fervente agnatos sequeris rationeque tantos.
Vulturius primis Oederæ fecerat orsis
Atque *Haberlandus*, quæ laudo, cubilia. Pergit
In similes usus Eppendorffensis Apollo
Schubertus. Thome quod nomine Lipsia jaçtat,
Non unis variat formis facienda Lyceum!
Ædes exstruxit ritu *Pezoldus* alaudæ.
Lusciniæ lectos dulcis *Kunavius* urget.
Hebraica in studio est *Ludovicus* mensa coturnix,
Pieris *Erneſtique* quidem vult Musa videri,
Sed postquam in picam comparet verfa loquacem.
Ordine produxit, quod factum, Academia totum.
Materiam sudans madidam *Bernerus* habebat.
Siccam quærebat letho nunc siccior *Hardtus*.
Müllerus frondem & *Ludovicus* in ore ferebat.
Gramina collegit *Dacheltus*, legit *Abichtus*.
Congestos serie junxit *Güntherus* acervos
Et cum *Wernero Pfeifferus* finibus apta.
Jamque adeo adsit hyems. Nil *Seydenschwanzi* horret.
Nam dum ver fuerat, visum est componere nidos.
Interea teneat pronis *Oertelius* ulnis
Porro, mercantis splendent dum culmina mundi
Structuris, summæ summa ædificatio rupis.

JOH.

JOH. HEINRICUS FISCHERUS,

Geranus.

Fischere, in madidis versanti competit humor.
Rorem igitur Majis collectum trado calendis,
Corporibus magis ut fertur conferre salutem,
Excipitur reliqui quam qui per tempora veris.
Quin doctrina instar roris per pectora visa est.
Hanc des, in nebulas stipes, *Goldnere*, vapores,
In patria ardantis qui blanda remissio pubis.
Ex nebula gelidas diffundit *Wolffius* undas
Rectorum cupidis recreandis utilis algor.
Affixit segetum gemmas primaria culmis
Pertschius in sacris sacra dispensatio guttis.
Surgentes retinet commoti pulveris ausus
Zappius ex medicis cinerum fuppresso donis.
Lipsia qua ratione legunt ostendit & usus.
Abstergit manibus lympham, queis, stirpibus, hæret,
Debita *Müllerus* non veri abstersio sciti.
Expansa imberant *Ludovico* linta succum,
Pandenti Logici volumina turgida censu.
Excipit aptatis *Lehmannus* munera vasis
Expressa, in Physicis dos expressissima campis.
Ex sic fonte lavat *Bærnerus* corpora facto.
Nudatis volvit se se per gramina membris
Nudo *Hardtus* nuper data portio nuda sepulchro.
Hæc unguenta domus superabunt balsama celsæ
Hoffmanno. Haud oleis *Sophica* ex regione Canopi
Plus *Oleariadæ* vel pharmacopœus abundet.
Formosum *sacer* hoc feluxu *Olearius* offert,
Starckius infirmas viresque ita robore firmat.
Nulla supersticio se dotibus ingerit istis,
Fischere. Instructus *Pater* hoc medicamine cœli
Excubat in patrias verbo fortissimus aras.
Tu quoque par fueris. Ad verbum a piscibus orbis
Quos Dominus legit, præceperat ire ministros.
Te pescatorem talem olim Ecclesia jactet.

Ros calendis
Majis colle-
gus efficacior
a superstitiosis
creditus, quam
qui alius tem-
poribus exci-
pitur.

JOH. ULRICUS *Stadtsteller*
Campoduno-Suevus.

Memoria p[re]pas- SUEvia per plures annos quamplurima passa est,
fionis domini. Effudit donec Mars, *Stadtsteller*, furorem.
ca tempore Fatorum accipias patriæ memor ergo dolores,
verno coli in Tempore quos Dominum passum esse Ecclesia coeli
Ecclesia sueta. Heptomade ante docet venientia Paschata verno.

Beckius in patria primas coluere Camoenas,
Junctusque affinis *Mellinus* fœdere, templi
Gloria post summam divini proxima laudem.
Sic, equitans veluti Solymam, sed percipis, intrat
Pluribus exceptus populi clamoribus urbe.
Lipsia per reliquum fert contingentia tempus.
Paschalis *Schmidius* ferclis interfuit agni.
Impuros habitus pedibus *Menkenius* aufert.
Mortiferos intrat pariter *Ludovicus* in hortos.
Sanguineo *Ernestus* vedit sudore madentem.
Jenichio ad vires faciendas angelus adstat.
Oscula discipuli prodentia devovet *Hardtus*.
Berndtiadæ implicuit totus grex corpora vinclis.
Starckius ad Caipham deduci, ipsumque Senatum
Vidit, propositas res utque fatetur, *Abichtus*,
Falsoisque ut vano querunt conamine testes.
Romanum post hec vinclitus sterit ante tribunal.
Causam accusator nonque hic *Olearius* orat
Molliter. Haud magnum sed conspicit esse reatum
Ipse manus iudex *Bernero* hoc fineque lavit.
Palladiis Succis celebres *Natusque*, *Paterque*
Eusebies Proceres stimulis spinisque corônant,
Non oleis. Crucias, *Rechenbergere*, flagellis.
In cruce dispendit *Cypriano* brachia miles.
Günibero inclinansque caput discedere visus.
Quam pretiosa affert Ecclesia pharmaca mundo!
Campodunensem sed tu gaudeto per urbem,
Stadtsteller, tuo splendes qui *Consulis ostro*;
Proderit hoc patriæ yates medicamine *Natus*.

CHRI-

CHRISTIANUS ERDMANNUS

AGNERUS, Martisburgensis.

Ex teneris, *Agnere*, Tibi præconia formis
Signo. Ni fallor, tenero appellaris ab agno.
Mollius inque omni nihil est proventibus orbe
Vernis. Formandæ si res spectoque juventæ,
Non durus discens fuerit, non tradita quæ res,
Nonque modus, quo mens sibi percipienda recepit.
Nam pueri teneris languescunt unguibus. Artis
Rudera, non firmæ sumuntur robora mentis.
Sicque tenet pectus, sumta ut variare per horas
Cunctæ queas, subitoque aliis mutare figuris.
Martisburgensis sic Te confexetat Hæmus
Principio. Metuit modo natos tangere pullos
Tractandis factus primis *Kettrizius* annis.
Frons sylve ut gracilis *Förster*, ita pampinus uvæ,
Infirmus nantum *Mylio* est per flumina fœtus
Exclusus noviter. Stillant ex arbore succi
Nondum durati *Kupfero*. Gramina nondum
Bonikius carpit gratos densata per hortos.
Vix terra egressasque suis *Hubnerus* in agris
Obseryat segetes patrio tunc messor in Hæmo.
A fluxis opibus vult pellere Lipsiæ noxas.
Ne tactu noceat *Cyprianum* prendo timentem.
Intentat tortos *Schmidio* violentia flexus
Ventorum. Insultum pecorum *Guntherus* abegit.
Afflans *Pfeifferus* cavit ne spiritus obsit.
Ex nidis non vult *Wernerus* pellere matres.
Berndtius haud mittit cum matre in pascua prolem.
Mullerus stabulis fugit infligentia cladem.
Sepeque, quod putat hac defendi, *Schützias* abdit.
Agnere, o nondum stabili de pectore constans,
Deteriora tamen non portans sponsa futuris,
Laetæ visa novi rerum quam tempore veris
Perfecta æstati teclis autumnus acervat,
Ut, queis mundo opus est, hyemis per frigora vivat.

Proventuum
vernorum
meritas,

B 3 JOH.

JOH. PHILIPPUS SESEMAN,

Numburgensis.

Ver theātrum
amorum.

OMina ferre quidem videaris nomine mortis
Falce vir armatus quasi, + qui demturus acuto
Gramina procedat pratis florentia ferro.
Sed magis extabunt optatae munera vitæ,
Artibus in sumtis quas fers pietateque mundo.
Naturæ ut per ver certis namque omnia iussis,
Crescere seu solum sine sensu & vivere noris,
Tangere seu simul & gustare animalia possint,
Ex castæ veneris commixto corpore factis
Ad dandos properant in publica commoda foetus,
Ex doctis gravidus rebus sic plurima spondes.
Romani infauustum Majo quod nubere censem,
Insulsa, in patria qui T e docuere, Magistris
Res est. Hoc dixit nulla rationeque niti
Blosfus, Hebraicis arx fundatissima Musis.
Imo supersticio est turpis, *Schammelius* inquit
In templo Praeful vesanis cultibus asper.
Ordine concubitus naturæ Lipsia promit.
Humida cum calidis *Erneftus* miscet & *Hardtus*.
Nubit humus soli *Ludovico*, nubit *Abichto*,
Rechenbergero concepit femina nato.
Impletos *Oleariades* *Cyprianus* honorat
Et cum *Günthero Pfeifferus* carmine ventres.
Conjugii in stabulis fructus sed ludere gaudent,
Lacteus accrescat census, seu laneus auctus,
Weißfus ubertas, *Tellerus* foetaque messis,
Schütziadesque sacri plena imprægnatio templi.
O patriæ proceres, urbis vis prima *Senatus*,
Spectate, ad quam spem stipendia prebita vergant.
Atque utinam vivat vester *Mosdorffius* Atlas!
Sed Caput has partes nunc *Fraendorffius* implet,
Fœmineis equidem fervens ex nomine flammis,
In puros sed qui vera pietate Clientes
Inque urbis sanctos cives effundit amores.

+ Seeman/quasi Sennemann.

GÉOR.

GEORGIUS Gottlob RICHTERUS, Schneeberga-Misnicus.

JUDICII, Richtere, Tibi dant nomina munus.
In cælum adsignanda igitur sublatio Christi,
Per vernos celebrat quam sancta Ecclesia menses.
Namque reversurus sic & spondetur in orbem
Censura humanis ut cuncta expendat in ausis.
Quæ sic contigerant, fecerunt obvia menti
Affidui ingenuas qui Te duxere per artes.
Sic resque ipse simul *Genitor* complectitur omnes
Rivi jam ditis, patriæ tunc Præful in aris.
Ad prisacam redditum quod nollent credere vitam
Arguit haud molli privatim *Feistius* ore.
Informare orbem post baptizareque jussit
Sibero Dominus, patriæ isto tempore Phœbo,
Sed nunc Lipensi verbum qui prædicat aedi.
Brebius exponunt comitantia signa fideles,
Gymnasiumque offert quos Schneebergense, Magistri.
Dæmonas expellit *Doppertus*. *Behrius* ante
Non habitis loquitur linguis. Qui toxicæ fundunt,
Viribus excellit validis *Hoffmannus* in haustus.
Plavia sublatum dominum post spectat ad astra.
Eckhardusque videt rem, *Wendlerusque* videbat;
Ipse ducemque sequens, signant quem, *Praeful, avenæ*.
Langiada atque *Petro* sensim actum condit in auras
Nubes. Ingressum notat ad dextramque Parentis
Sedem stans nunc ad clavum *Birckbahnus Hæmi*.
Lipsia de redditu in terram promissa recepit.
Starckius adscendentem oculis *Schmidiusque* sequuntur,
Vestibus observat binos *Müllerus* in albis
Stare viros. Audis ad Te, *Kivine*, loquentes.
Huncque reversurum ratione *Olearius* ista
Accipit, ad superum qua visum ascendere tractus.
Judicium hocque equidem fas exspectare futurum.
Interea certum est verbum cencere docentes,
Interque hos olim judex, *Richtere* fereris.

Adscenfio Do-
mini per ver-
in Ecclesia ce-
lebrata.

GEOR-

GEORGIUS ADOLPHIUS Schuberth/ Lipsiensis.

Sol in Gemi-
nis per ver
existens.

Astronomi in Geminiis scribunt existere solem,
Partibus a reliquis quando ver dividit anni.
Schuberthe, in dandas, quod dixi, assumito laudes.
Tractasti ingenuas studio tanto haec tenus artes,
In jura inquiris sic omnia scitaque legum,
Ut Phoebi frater possis Themidosque vocari.
Cum Musis facta est tantæ cognatio fortis
Pegasis in Te *Giesmannus* fudit ut undas,
Et consanguineus Venerum *Koberus* iu Hæmo.
Ciza auxit post hos conjunctos stemmate census.
Gleitsmannus doctæ germanus Pallados ingens
Te geminum adduxit sibi, quanquam ætate minorem.
Hic te complexum hoc *Kernerus* nomine fovit
Virginea in templo frater nunc inclytus urbis.
Doctæque *Hertzogius* celsa dux gentis in arce
Ut fieres simili præstabat pondere Princeps.
Ex utero tecum quos Lipsia traxit eodem?
Panophaica hic mentem veneratur Musa fororem,
Junctos quæve regit solers, prudentia, cives,
Historicosque, Charis, quam fas coluisse recessus,
Dum Te *Jenichius* firmat, jam regula morum,
Dum meritis fervet pulchris *Ortlobius* in Te,
Multique in primis signat quæm copia fructus,
Doctrinæ omnigenæ donis *Müllerus* abundat.
Sed sobolem ex uno Genitore Afstræa veretur
Tetamen ante omnes. Secis namque, quod ipse tenebat.
Quæ natura aperit, si vel consulta ferantur,
Sive statuta urbis, communis visave juris,
Excipienda, Deæ similis, seu tradita linguis,
In tela in cathedra seu fas defendere stantem.
Menckiadum illustri tecum hæc sunt factaque trigæ.
Quid dicam? Aut fallo, aut cœlestia signa videntur.
Filius & *Pollux* namque est & *Castor* uterque,
Virricus adfixitque *Pater* Tibi Juppiter astris.

CHRI-

CHRISTIANUS PAZIGIUS;

Porsdorffio-Mishicus.

Mense sacro factum festo celebratur Aprili,
Cappadocum occidit quo fama Georgius anguem,
Nobilis in mortem intentum cædemque pueræ,
In libertatem tam pulchro ut vindicet ausu.
Quas res signavi, *Pazigi*, accedis ad istas.
Ad rus tractandum genuit Te rusticus ortus.
Cur a tractato non rure Georgius essem
Dictus? Quin mentem fœda ignorantia perdit,
Toxica ut insidias faciunt, faciuntque lacertæ.
Pernitiem sed tu studiorum robore tollis.
Repentes primum surgit *Stulpnerus* in ausus,
In varias teneris noxas qui viator in annis,
Et Gersdorpensis vindex *Freytagius* ædis.
Afranum factum est in moesta venena venenum
Gymnasium post haec. Statque hic *Stübelius* afpis
Afpidibus. Studiis *Schrakeri* Cacula cessit.
Ulla haud *Silligii* virtusque Pythonibus hæsit.
Mox in monstra oritur serpentina Lipsica pestis!
Schelliadæ quam non operis se sibilus abdit!
Ex *Hardto* quam non crispatæ volumina cestant!,
Quam non porro oculis *Cypriano* exiverit ignis!
Pezoldo haud triplici stant amplius ordine dentes.
Sicque etiam Eusebii visum est pugnare Magistris.
Non *Oleariadis* Conchris cute reppulit ictus.
Bærnero jaculum fixum est curvamine spinæ.
Cæde, ut *Gæsgenius*, terras inficit *Ahichrus*.
Arcubus in primis *Schmidii* transfixaque cervix.
Servata in favos o pectora salva colubros!
Non tamen humanis adscribito viribus. Ipse
Rex cœli pepulit, quod noxia damna ferebat.
Postque Deum Patriæ Dominus Te protegit ingens,
Lipensem ad Pindum dum Te promovit & Afram.
Notum est, Herculeis nervis cecidisse Draconem.
Sed magis illustris fuit hic *Schenbergius* Heros.

Georgii ad li:
berandam pu-
ellam serpen-
tem interfici-
entis festum d.
23. April. affi-
xum.

C

BEN-



BENJAMIN Holzapfeli
Numburgensis.

Poma post
conceptionem
in arboribus
vernām gusta-
trauēsta.

Holzapfeli, horret, te nomino quando, palatum.
In laudes igitur poma immatura feruntur,
Post flores lapsos modo quæ conceperat arbor,
Quod paria hæc constat deprendi fercula mensæ.
Namque ambo in sanum sunt succo injurya gustum.
Tristia sed dulcis pariter sic ferre juventam,
Ad dulcis patriæ fructus quando arte paratur.
Sic *Genitor* fuit inclemens, ut *Musicus* esset.
Non aliis mentem flexit *Striginius* orsis.
Franckius in patrio præstat non grata *Lycéo*,
Cantorque *Heuslerus*, dure virque *Heinsius* artis,
Gymnasii in primisque hujus qui sceptræ gerebant,
Topferus dudum & *Laurentius* abditus urnis,
Salvantisque urbem vates nunc *Gschwendius* ædis,
Prettentiusque, simul sumimus qui Præful ad aras,
Post hujusque obitum hoc munus *Schammelius* ornans.
Lipsia Schelliadom, *Schmidiumque* ita sifit acerbos.
Jenichius gravis hic fuerat, *Bærnerus*, *Abichtus*,
Duri *Oleariadæ* duo, *Rechenbergius* asper.
Quam premit *Uhsenus*! quantum *Gæsgenius* urget!
Quam nuhquam *Altmannus*, *Pfeifferus* dulcia cantant!
Pondera *Güntherus* volvunt *Wernerus* & in Te.
Par sylvestri igitur pomo es. Diversus haberis
Quin etiam. Idnemo curat. Fovet ipse *Monarcha*
Sarmatiæ, & patriæ dux Te Celsissimus. Ornant
Schacherns Consi & *Stegerus*, *Lipsia* quos dat,
Richteri, *Bofii*, *Wernerus*, *Wolfius*, & cuim
Sandilio & *Rahsilberis* *Schoreria* mensa
Et *Pfeiffertus* alunt. Præbendos juvit honores
Sed *Steinmauerus* patriæ gemmarius. Hicque
Non numeranda etiam *Nicæus* munera promit
Vox sancta, & primus dux *Frauendorfius* urbis.
Moesta feris & sic, dum sunt, mors manserit escis,
Sed tua maturi pelletur melle leporis.

FRAN-

FRANCISCUS WOKENIUS,

Rasvino-Pomeranus.

Oprandum est, solvat clemens ut vincula Numen,
Haec tenus adstrinxit Pomeranica climata queis Mars.
Idque simul facies, *Wokeni*. Namque malorum
Nomina participem patriam communia reddunt.
Expedit a rigido sed ver quoque compede terras,
Sævitia quo tristis hyems multa omnia vinxit.
In laudes hæc si Sophicasque solutio detur,
Indicio est, in Tenil carceris amplius esse,
Quo pubis claudit foeda ignorantia mentes.
Principio ex patriæ cesserunt claustra favore,
Impensis primas studiis quando imbibis artes.
In Colbergensi rupta est constrictio post hanc
Pindo, sive manus ferrum dimitteret arctum,
Amplius haud pedicis seu livida crura laterent.
In libertatem surgit post ista Rosetum.
Hicque a tractato nunc mansio moesta recessit,
Nunc, quæ servabat custodia multa remota est,
Seu lictorum operis fieret, seu militis usu.
Captivum non Te porro Pomerania censet.
Namque tuis meritis auxit virtuteque censum,
Ex quo defunctos templorum in pulpite vates
Reddit. Non invisa minus collaria tollit
Hala. Estque in primis magni, quod Lipsia præstat.
In jus restituit nam terrea jugera demtum.
Et sic frigusabit, fodient ita cedere, visum est.
Semina sic capiunt, sumtorum ita gramina promunt.
Arboreas abdunt sperata frondeque moles.
Serta ex queis postquam sibi laurea carpsit Apollo,
Circumdat capiti, Sophico Tibi fertque Magistro.
Quæ Tibi nunc animos spes gens *Wokenia* præstat?
Libera sumti ex Te duo jam per secula vates
Ad coeli poptilum duxere palatia verbo.
Tam sanctis nondum stabit sed terminus oñsis.
Namque hic tartareas porro expugnaverit arces.

Liberata a vin-
culis hyemali-
libus in vere
terra.

HEINR. WILHELMUS Engelmann/
Glauchavia-Misnicus.

Sagæ calendas DÆmonicas quis non contendat ludere fraudes,
Majis conven- Majis conveniat turpis si turba Calendis
tus agere cre- Sagarum, ut vulgi passim persuasio jactat?
ditæ. Angelicum monstras, Heinrice, in nomine signum.
Spirituum cur non laudando illusio detur?
Ne tamen exspectes conclusas carmine noxas,
Quas incantatum lymphata examina portant.
Custodum ipse poli servandus traditus armis,
Quæ bona contigerint, devoto ex pectore promes.
Dos dum dudum dulcis materno in stemmate vifa est.
Ruthenam nam missus Avus Murhardus in Aulam,
Publica consiliis facit ut sine florida faustis.
Ipse manu, noceant ne saxa illisa, levaris,
Privati infundunt dum dogmata prima Magistri.
Curis commissum formanda ad pectora Thome
Flammeus in Pindo patrio complectitur Ordo.
Ad plures cultus emissio quanta parata est,
Tunc thronus Altenburgensis Wenzelius Hæmi,
Sed nunc Zittani dominatio maxima cœli?
Janua Lipsiacis Menkenius arcibus infert
In Themidos vigilans splendor primarius usus.
Postque hæc in Sophicas Rechbergius excubat artes.
Lebmannus, fatisque suis qui tollitur Hardtus,
Berndtius emacularisque rudes lux rupis in æde.
Quin simul ad sanctos Olearius evolat ausus
Et tuba Pfeifferus pugnantis clara Sionis.
Engelmanne, audi. Per Schoenburgensia fidus
Ingentis Domini Pater exit rura Minister,
Sive operas patria urbs, seu Remmisavia poscat.
Præsidium hicque etiam partes existit in omnes,
Sed nunc præcipuum, quas sæva incendia perdunt
Ante annum, donec reparat Glauchavia vires.
Quid de Te fiet? Quondam, Engelmanne, sacerdos
Interni populum velut angelus eripe furnis.

JOH.

JOH. AUGUSTUS NEUBER,

Lipsiensis.

Floridus es studiis, & forma & floridus annis,
Neubere. Arborei dant ergo encomia flores.
Justitiamque, ad quam contendis, candor habebit,
Absque dolis si sit sincera atque integra vanis.
Atrato oppositis *Schindlerus* vultibus ornat,
Jam *Schneebergensi* niveo præco ore Sionis.
Expellit piceas *Reinholdia* cura figuras
Wideravensis lux subsidiaria templi.
Laetetus appares albedine lintealymphis
Lota ex Pieridum superanti dote *Jacobo*.
Tempora sed præstat, quæ dixi, Academia veris.
Fructiferis decus hoc oculis in stirpibus offert
Frondibus ex Sophicis *Olearius* uber olivis,
Florea *Langiadæ* inque usus doctrina disertos.
Cætera sistebant pura ornamenta Themistos.
Has anni rebus Charitas Tibigratia fundit,
Dum primi instillat juris *Schreiterus* amores.
Delitium Astrææ formosum *Olearius* almæ
Ad fora per varios producit pectora cultus.
Albo omnes sed sic hortos velamine condit,
Candente exornat virides sic arbore sylvas,
Lilia sic aliis miscere coloribus ardet.
Principium fortis creditque hoc esse futuri,
Quam cuncta utilior pomaria *Menckius* orbi.
Nec sine speratis fueris res candida donis.
Ex operis sument præstandis mella clientes,
Arboream ut Floram vel apis censem Hymettum.
Quin Tibi splendentes habitus sic feceris ipse.
Sideribus similes fuerint spondente propheta.
Justitiam ad multos qui deduxere docendos.
Discipuli albatum sed confexere Magistrum.
In monte obtulerat ceili ut prægustus honores.
Huncque Tibi pariter speres, *Neubere*, colorem.
Per cœlum niveæ sparges nam fulgura vestis.

Candor in e-
mittentibus
ad futurorum
fructuum con-
ceptionem
flores arbori-
bus vernis.
Die Baumz-
ürthe;

CHRISTIANUS GOTHOFREDUS

HOFFMANNUS, Lauba-Lusatus.

Electiones
summi magi-
stratus Acad-
emici mense A-
prili, in vere-
que adeo, Li-
psiae fieri soli-
tae.

Signa regendarum præfers quamplurima rerum
Hoffmannae. Eximias nomen signaverit aulas,
Cives, Doctores quæ Te docuere, gubernant;
Pubem in subjectam gesserunt sceptra Parentes,
Legibus adstricto populo præsuntque Patroni.
Tempora suppeditant igitur preconia Pindi,
Queis caput istius vernus variabit Aprilis.
In patria fuerat primum *Pater* alter Apollo,
Mox princepsque, Tuis rex post, Zittavia, Musis.
In Laubam maternus *avus* sed, Consul ut, ardet,
Ex *Güntherorum* cognatio, Lipsia, censu,
Quorum *unum* Eusebii nunc perdita gaudia defles,
Alter in Astrææ præstans lux commoda surgit.
Fascibus in primis Te præcipientibus aptat
Lipsia. Sicque animo sacra fundamenta locabat
Güntherus. Rex est, in Te dum ducere gestit
Humanas variis ex libris *Menckius* artes
Anglica per doctos celebrata scientia coetus.
Historicis rex est magnus *Francksteinius* oris,
In dictisque potens dictator *Schellius* antris,
In terræ atra prius quam mors jubet ire recessus.
Rectorem faciunt, promunt qui jura, recentem.
Natio *Baudissi* in sedem se congregat unam
Jussis. Per triplicem secessum elecio servet,
Donec consiliis *Olearius* omnia rexit.
Barthius electum claro pronuntiat ore.
Menckius oblatos Senior gratatur honores,
Indutumque habitu *Titius* deducit in ædes.
Quin Tibi Teutonicas leges *Lunigius* assert,
Quo magis assidua his non est perfpectio curis.
Quos dicam illustres actus portendere clavos,
Dexteritas crescit queis pulchro *excelsior* auctu?
Zittani Proceres celebris vis clara *Senatus*,
Ad quas vester amor res est via facta Clienti!

GOTHO-

GOTHOFREDUS CHRISTIANUS

LENTNERUS, Steinov. Silesius.

Sunt ex arboribus, tardas quas sumere frondes
Svisum est, in fructus floresque afferre futuros;
Ferme ut principio et statim sibi concipit uvas
Vitis, per medium constatque virescere querum
Ver. Aptæ hæc Tibi res nobis, *Lentnere*, videtur.
Nomine lentarum nam das vestigia rerum.
Sique modum expendam, doctas qua percipis artes,
Cunctari potius quam precipitare fereris.
Invisa est pueri properatio visa *Parenzi*,
Ductu ex illius dum prima elementa bibebas.
Justas laudatur patrium post ista Lyceum
Insinuasse moras. Fueratque extensio sancti
Hermannus studii sacra *Wernerusque*. Retardat
Hanckius insultus, pubis considerat ætas
Quos nunquam, ut fas est. Recte hic quoque *Krantzius*
Accelerato avium non motu *Pohlius* ivit. (hæret.
Creditur haud instar *Daschitzkyus* esse sagittæ.
Non inconsuetu *Springerus* profilit æstu.
Fulguris haudque animo est more *Hocheisenius* actus.
Non in profusos se Lipsia prodigit usus.
Quam faciat *Schmidius*, multum meditabitur ante.
Abstineas. Nondum satis est *Olearius* inquit
Specatum. Tracto querit *Güntherus* abire
Discessu. Hebraicis. Musis indulget *Abichtus*
Tempora. Torrentes *Bærneri* haud dixeris undas.
Seminat haud rigidis *Carpzovius* hordea fulcis.
Exspectat, gelidi cessant dum, *Berndtius*, imbræ.
Menzius in nitidum servat sua munera Majum.
Non festinatas operas! Lætareque multum
His, *Lentnere*, moris. Quæ sero virescere dixi,
Quam quercus dabitur non ædificantior arbor,
Non est nobilior, quam vitea pocula, succus.
Firmaque sic fuerit structura Ecclesia per Te,
Et populo fundes, superat quod neclara, verbum.

In cunætatione
ad frondes flo-
resque proce-
dentes res ver-
na.

MAT.

MATTHIAS GEORGIUS SCHROE. DERUS, Suerino-Mecklenburgicus.

Titillationes
taetis verna.

Molliter haud equidem, *Schrædere*, affeceris artus.
Ad boream spectat patria urbs. Nunquamque mo-
Rebus, quas tangunt, aquilonia flamina risum. (vebunt
Apta tamen dandæ Tibi titillatio laudi,
Per sensus placant veris qua tempora taetum.
Collectasque in Te si quis consideret artes,
Non est, oblatas stimulis quod laeserit ullis.
Non nisi blandicias patrii dant facta Lycei.
Masius est clarus, cunctis sed mitis Apollo,
Orbiliusque fugat *Patrii* clementia sceptri.
Prussica delectat tangentes regia vires.
Gymnasii auspiciis sequeris dum dogmata tantis.
Volckmannus nescit violantia frigora sensus.
Non nimium favos formidat *Poßbius* aestus,
*Mayerus*que locos spirat moderatus in omnes.
Lipsia nil profert rerum, quas tangere nolis.
Cedentes manibus *Lehmannus* porrigit herbas.
Fixa haud *Bärnerum* lassant vestigia terræ,
Humor adhuc madidis hyemis nam vultibus hæret.
Menckiadæ ex sparso rore est pluviaque voluptas.
Nil *Schmidio* in lignis durum est in pube juvenæ.
Ernesto ipsa recens non punctu urtica molesta est.
Jenichius vitii hamati veprataque tangens
Infestaturæ ridet conamina spinæ.
Eusebiæ asperitas nocuit non ulla sacratae.
Se putat in propriis succis *Olearius* esse,
Se veris quoties volupe est exponere ventis.
Berndtiadæ nondum muscarum examina crux sunt.
Robora *Starckiadæ* crescunt in laeteque loto.
Schrædere, in templis sparges præconia verbi.
Sic equidemque malos steriles per fulmina legis.
Blando Evangelii potius sed melle juvato.
Haec tenus ex studio Tibi delectatio verno est.
Ver miseri & tale est *Domino* qui pectora lenit.

JOH.



JOH. CHRISTIAN. SCHMOLLERUS,
Salburga-Francus.

SAI, Schmoller e, Tibi Patriæ per nomina fertur.
Sed condimento hoc cunctis ut gratia mensis
Nascitur & rebus, vitæ quas postulat usus;
Sic magis acceptum est, quod verna afflaverit aura,
Quam quod per reliquas ætates feceris anni.
Schmoller e, hocque Tibi tribuo nunc schemate laudes.
Omnia per patrios fuerant sic grata penates.
Jucundo afficeris sensu, æther quando quiescit,
Placatis Boreas flabit sic mitior agnis.
Coburgum per bis Te binos educat annos.
Quamque hic non fuerat, quod tangis, amabile, rerum!
Non ita ducentes fulcos delassat aratum.
Gramine fracta labore minus sua rustica portat,
Non leviter, venias si, titillaris, in ædes.
Extra tecta sedens exclamas: quanta voluptas!
Gaudia defuerint haud horto, haud gaudia sylvæ.
Ipsi lætitia, campi exultare videntur.
Te Jena ad similes adductum traxi amores.
Lætus jam violas, narcissos jamque petebas,
Lilia detulerant suavem sylvestria fumum.
Spiritus exhilarans quis non occurrit ab herbis?
Quos novitate sua non betula spargit odores?
Ranarum ut laudent nocturna silentia voces!
Injustumque in se Philomela ut Terea cantet,
Dulcior haud animum tamen ars corpusque fovebit.
Lipsia delitiis fundendis pergit in istis.
Dumque docet Phœbum, Phœbi dum datque coronas,
Credam agitare inter sparsos convivia flores.
Acceptos quos non habitus fers rebus agendis?
Ipse equidem lentas, lœdenti dicere verbum
Quæ non sustineant, præfers cognomine rixas.
Sal magis at patriæ stet, quam, queis diceris, iræ.
Sicque haud illa tuis indent fel tædia factis,
Ad quascunque Deus partes te traxerit orbis.

D

Ex-

Aura verna re-
bus cunctis
gratiam con-
cilians.

* * *

Exposuique adeo vernarum schemata laudum.
An cuncta? Hac dicam. Nam novi, quod plura super-

funt.

Fæmina, non monitum est, vegeti ut studiosa vigoris,
Corporis ut medicus vel sollicitudine sani
Semina in optatos ranarum colligat usus.

De floccis nihil allatum est, quos spargere vernas
Præcipue salices ventis spectamus in auras,
Sed potius paucis ostendere juverit, ex jam
Dicere nil dictis facta ante poemata rebus.

Kromayerus habet nitidas in carmina formas,
Sive rosis ludit, seu candida lilia promat,
Narciscus niteat, seu lectus amaracus adsit.

Ipse autem in Themidos conabar dicere cultum,
Post hyemis surgunt qui frigida facta, iepores,
Et quæ post frigus, vitam, per corpora serpit.

Cernebam, plantas hyberna morte sepultas
Surgere, non paucis frondere que floribus hortos.

Per vastos, docui, spargunt quæ semina campos,
Nulla cessabant stimulati in sede coloni.

Audio concentus uno haud modulamine dulces;
Ex varia video fontes ratione salubres,

Inque opera accensis totam ex mercatibus urbem.
Sed satis est. Unum hoc votis ardentibus addo,
Pulchrarum egregii per symbola splendida rerum
Dum patriæ juvenes ad fulgida commoda tendunt,

Tam nitidum excipiat ver ut speciosior æstas.

Unicum erratum adjicio ex Dn. M. Fischero. Legen-
dum enim in versu 18. velamina pro volumina.

Epi-

Epigrammatum
Ad universos Dnn. Magistros,
ex phænomenis vernalibus
appendicis loco accedens
Quaternio.

I.

Phænomenum vernum.
*Rebus maiorem quantitatem ad-
jungens ver.*

Epigramma.

QUæ fiunt, res ver majores fecerit omnes:
Frons, pulli crescunt, grama, lata seges.
Omine quam veris data sunt præconia fausto!
Vestrum ita nam semper gloria major erit.

II.

Phænomenon vernum.
*Terra absunta per hyemem in vere
restituens.*

Epigramma.

IN terram reddit, absunt viventia quicquid.
Ver, quod perdit hyems, hinc reparare parat.
Quod non restituis, rapto haud cognoscitur unquam.
Notitia amissam redditis ergo nova.

III.

Phœnomenon vernum.

Institutæ Calendis Aprilibus inconsideratiorum irridentiores hinc inde missiones.

Epigramma.

*Incauta, exagitat, quos imprudentia vexat,
Quæs mens, principium, major, Aprilis, erit.
In Sophicis vitium latet & culpabilis error.
O cauti hac variis exagitate modis!*


IV.

Phœnomenon vernum.

*Dona Spiritus Sancti per ver in Feste
Pentecostes effusa.*

Epigramma.

*Munera multa suis Dominus dat dona ministris,
Incunetas mundi quos jubet ire plagas.
Non per miraculum vobis dat munera Numen.
Sufficient variis sed tamen ista locis.*



00 A 6280



3

5b



9

**RECIDIVATUS
GRATULATIONIS VERNÆ**
 Supremis in Philosophia honoribus
RECTORE
**D. Gottlieb GERHARDO
TITIO,**
 JCto, Potentissimi Poloniarum Regis & Electoris Saxoniae
 ad Provocationum causas Senatore, Codicis Prof. Publ. atque Facult.
 Juridice & Supremi Judicij Provincialis Assessore,
PRO-CANCELLARIO
JOH. HEINRICO ERNESTI,
 Phil. & Bonar. Artium Magistro, Poet. Prof. Publ. Acad.
 miæ Decemviro, Fac. Phil. Subseniore, & Rectore Thomano,
DECANO
CHRISTIANO LUDOVICI,
 SS. Theol. Licent. Org. Aristot. Prof. Publ. Ordin. Literarum
 Rabbinicarum & Thalmud. Extraord. Fac. Phil. Assessore, & D. Virgi-
 nis Collegii Collegato,
 in Academia Lipsiensi
VI. Iduum Febr. Anno reparatae salutis M. DCC. XIV.
& a condita Universitate CCCV.
 solenniter collatis
 publica venerandis celebratione
 accommodatus.

*LIPSIAE,
LITERIS JOH. CASP. MULLERI.*